

1 Translate into English. Write your translation on **alternate** lines.

While on campaign against Darius in Persia, Alexander bathes in the river Cydnus. He suffers a sudden collapse which prompts his men to contemplate the consequences of Alexander's death for the army.

pulvere simul ac sudore perfusum regem invitavit liquor fluminis, ut calidum adhuc corpus ablueret; itaque, veste deposita, in conspectu agminis, (decorum quoque futurum ratus, si ostendisset suis levi ac parabili cultu corporis se esse contentum) descendit in flumen. vixque ingressi subito horrore artus rigere coeperunt; pallor deinde suffusus est, et totum propemodum corpus vitalis calor reliquit. expiranti similem ministri manu excipiunt, nec satis compotem mentis in tabernaculum deferunt. ingens sollicitudo et paene iam luctus in castris erat. flentes querebantur in tanto impetu cursuque rerum omnis aetatis ac memoriae clarissimum regem non in acie, non ab hoste deiectum, sed abluentem aqua corpus ereptum esse et extinctum: instare Darium, victorem antequam vidisset hostem; sibi easdem terras, quas victoria peragrassent, repetendas: omnia aut ipsos aut hostes populos. per vastas solitudines, etiam si nemo insequi velit, euntes fame atque inopia debellari posse. quem signum daturum fugientibus? quem ausurum Alexandro succedere? iam ut ad Hellespontum fuga penetrarent, classem, qua transeant, quem praeparatum?

Curtius III. 5

sudor, sudoris (m): sweat
liquor, liquoris (m): clear water
parabilis, -e (adj.): easily acquired
propemodum: almost
minister, ministri (m): attendant
insto (1): I am close at hand
peragro (1): I travel through
debello (1): I subdue

[45+5 for Style and Fluency]

[Total: 50]

- 2 (a) Translate into English. Write your translation on **alternate** lines.

Medea, daughter of the king of Colchis, debates with herself whether to help Jason, a foreigner from Greece, or to remain loyal to her family. She wonders whether or not Jason will remain faithful to her.

“prodamne ego regna parentis,
 atque ope nescioquis servabitur advena nostra,
 ut per me sospes sine me det lintea ventis
 virque sit alterius, poenae Medea relinquer?
 si facere hoc aliamve potest praeponere nobis,
 occidat ingratus! sed non is vultus in illo,
 non ea nobilitas animo est, ea gratia formae,
 ut timeam fraudem meritique obliviam nostri.
 et dabit ante fidem, cogamque in foedera testes
 esse deos. quid tuta times? accingere et omnem
 pelle moram: tibi se semper debet Jason,
 te face sollemni iunget sibi perque Pelasgas
 servatrix urbes matrum celebrabere turba.
 ergo ego germanam fratremque patremque deosque
 et natale solum ventis ablata relinquam?
nempe pater saevus, nempe est mea barbara tellus,
 frater adhuc infans; stant mecum vota sororis,
 maximus intra me deus est! non magna relinquam,
 magna sequar.”

14

15

Ovid *Metamorphoses* VII. 38-56

advena, -ae (m): foreigner, stranger
sospes, -itis (adj.): unharmed
lintea, -orum (n.pl.): sails
meritum, -i (n): service
accingor, -i (3): I prepare myself
germana, -ae (f): sister
nempe: certainly

Pelasgus, -a, -um: Greek

[45]

- (b) Scan lines 14–15 (*ergo...relinquam?*) marking in the quantities, divisions between feet, and main caesurae. [5]

[Total: 50]

BLANK PAGE

Permission to reproduce items where third-party owned material protected by copyright is included has been sought and cleared where possible. Every reasonable effort has been made by the publisher (UCLES) to trace copyright holders, but if any items requiring clearance have unwittingly been included, the publisher will be pleased to make amends at the earliest possible opportunity.

University of Cambridge International Examinations is part of the Cambridge Assessment Group. Cambridge Assessment is the brand name of University of Cambridge Local Examinations Syndicate (UCLES), which is itself a department of the University of Cambridge.